



Universitätsbibliothek Paderborn

**Exempla, Divinæ Iræ, Per Opera Poenitentiae, Nobis
Leniendæ**

Stengel, Georg

Ingolstadij, 1648

§.10. De mensura peccatis constituta.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-52193](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-52193)

multis sub uno morbo languentibus, presto esse
neminem sanum, certum est, quod omnes pari-
ter corrumpat, & absumat incuria, dum nemo
est, qui vel opportuna prebeat, vel importuna
prohibeat: ita & nobis, dum nemo sanus est, sed
omnes languemus, alij maiore, alij minore ex
parte, nemo est, qui curer: omnes enim indigen-
cū. Icilinum hæresis, ambitio, odium,
immanitas ad exitium adduxit. O quam
latè nunc ista omnia dominantur! quanta
odia, vindictæ, imprecations, insidiæ,
proditiones gliscunt! quæ luxuriæ insanía,
quanta intemperantia viget? quanta rerum
sacrarum incuria? quanta vel obliuio, vel
ignorantia eorum, quæ ad salutem animæ
pertinent? quantus contemptus Ecclesi-
sticorū, & spiritualium medicorum? quan-
ta nausea admonitionum? ut non tantum
hæresis, sed atheismum homines passim
profiteri videantur.

Et Deus non itascatur? Deus non exuri-
gat? Immo omnes Angeli in cælo, qui alio-
qui humanum genus tueri amant; omnes
Sancti, qui alioqui solent esse miserorum
patroni; tanta conspecta mortalium super-
bia atq; impietate, diuino zelo accensi, cla-
mant: *Exurgat Deus, & dissipentur inimici Psal. 67. 3.*

D

osne,

X.
DE MENO-
SVRA PEC-
CATIS
CONSTI-
TUTA,

30 Cap. II. Icilini, & Alberici exemplo,
eius, & fugiant, qui oderunt eum, à facie eius.
Sicut deficit fumus, deficiant. Et diligenter ad
uertere hinc, qui, peccato uno commisso,
tam facile cetera adjiciunt, & putant perin-
de esse 100. ac 1000. scelera confiteri, una
opera, & æquè paucis verbis omnia fieri.
Non est ita. Sicut enim quidam parentes,
et si non statim filios suos, ob quævis deli-
cta, puniunt; sed in sublimi pariete, quo
liberi oculos, non autem manus ad delen-
dum mittere possunt, singula annotant ad
metum illis incutiendū, donec ad certum,
qui ipsis placet, numerum perueniant: ita

Sep. II. Deus, qui *omnia in mensura, & numero, &*
pondere dispositi, regnis, & prouincijs, & ur-
bibus, & ipsis etiam hominibus certā men-
suram, numerum, & pondus constituit, ad
quæ si perueniant, adest etiam cum commu-
ni flagello, ut eos plectat, aut etiam omni-
no extirpet: quia meruerunt, & diurna
impunitate peccandi licentia in immensum
augeretur, atque ad alios etiam exemplum
serperet, ac præcipue etiam ut alij istorum
poena moniti resipiscant. Hinc non est mi-
rum, si Albericus & Icilinus tam diu per-
missi sunt grassari, donec cum tota familia
extinguerentur. Tota vita Icilini fuit LXV.

anno:

iustè clades immitti.

57

ancorum, quām breue tempus? Et Italorum, vsq; dum Eremita eos interituros moneret, ni pœnitentiam agerent, tempus fuit vix decem annorum. Ni iuitis autem Deus, per Ionam, indicauit, tantū adhuc 40. dies esse constitutos. Quod ita etiam alijs urbibus & rebus, & communitatibus, euenire, diuinæ litteræ haud obscurè docent.

Generatione quarta reuertentur huc; ait Do- Gen. 17:16.
minus ad Abraham, nec dum enim completa sunt iniquitates Amorphaorum: vt exscindantur, & semen tuum eorum terram occupet. Quia id contigit, post quadringentos annos, tunc enim & illorum, & ceterarum gentium Chanaan completa est mensura iniquitatis, vt Israelitis extirpandi tradarentur. Quia de causa & Christus minitans dixit: *Et vos implete mensuram patrum ve. Matth. strorum,* qui Prophetas ad eos missos occidiendo magnum sibi impietatis cumulum struxerunt; vos Dominum Prophetarum occidite, vt mensuram eorum impleatis, & veniat super vos omnis sanguis iustus, qui effusus est super terram, à sanguine Abel iusti usque ad sanguinem Zacharie filij Barachie, quem occidistis inter templum & altare. Ita scelerum mensurā impletā, quæ diuinæ iusticias

^{23.328}

Ib. v. 350

D 2

decreto

52 Cap. II. Iciliini, & Alberici exemplo,

Gen. 6.

12.

decreto constituta erat primæuo mundo,
diluuium immissum est. Cumq; vidisset Deus
terram esse corruptam (omnis quippe caro cor-
ruperat viam suam super terram) dixit ad Noë:
Finis uniuersæ carnis venit coram me: repleta
est terra iniquitate à facie eorum, & ego disper-
dam eos cum terra. Ita impletâ mensurâ
Sodomitarum, sulphur & ignis de cælo ce-
cidit: Clamor, ait, Sodomorum & Gomorrhæ
multiplicatus est, & peccatum eorum aggra-
tum est nimis. Ut enim Præfecto aliquo sub-
ditos Domini sui nimium premente, Do-
minus et si non statim vnius clamorem au-
diat, clamore tamen nimium inualescen-
te, & totius multitudinis vocibus vel nolens
excitatur ad vindictam: Ita Deus, tot pec-
catis in cælum clamantibus, adigitur ad
verberandum. Quin finis uniuersæ carnis,
in excidio totius Mundi, tunc erit, cùm
terrâ hæresi, magia, idololatria, & atheis-
mo refertâ, totius orbis mensura implebi-
tur. Denique vniuscuiusque peccatoris in-
teritus & perditio tunc venit, cùm mensu-
ra, quam ei Deus constituit, implebitur.

XI. Quid dormis igitur, ô peccator? quid
Qvo mo- peccatum peccato accumulas? fortasse hat-
do HÆC nocte, fortasse hac blasphemia, hac ebrieta-
densura, hoc